

ARTICULUS QUARTUS.

Quamvis causa ab incurrendis censuris excuset, & quis abolvere possit ab eisdem incurris.

Quatuor praecipue causas ab incurrendis censuris excusant a Theologis enumerari solent, ut refert Bonac. dif. 1. c. q. 2. pun. 1. Prima est ignorantia invincibilis, seu inculpabilis tum juris, tum facti...

Secunda causa excusans ab incurrendis censuris est impotentia faciendi id, quod sub poena censurae faciendum praecipitur, hoc intelligendum est, sive impotentia illa sit physica, sive moralis tantum...

tur, si quae lata esset contra adulteros, non tamen excusantur a peccato contra castitatem, & iustitiam. Hoc autem diximus de metu gravi intelligendum esse, quia metus levis, quo scilicet malum leve timeamus incursum...

Tertia causa ab incurrendis censuris excusans est appellatio iusta, & debite facta, quae tamen causa locum habet solum in censuris sub conditione laetis, modo appellatio fiat ante conditionis adimpletionem...

Quarta denique causa excusans ab incurrendis censuris est voluntas, seu consensus illius, in cuius favorem censura lata fuit, unde si quis creditor ab Ecclesiastico iudice sententiam...

non creditoris concessio non fuit appositus ad sciendam solutionis obligationem, sed ad illam sollicitandam, ut scilicet, debitor illam terminum solveret, & ne ulterius differret...

Quotidianam quae sit partem, quis abolvere possit censuris incurris, quia de hoc iustis agemus, q. seq. de excomm. in particulari, breviter nunc dicendum est censuris irretitum posse solum abolveri ab habente iurisdictionem supra ipsum...

Primo ut a nomine exordium sumamus, excommunicatio idem significat, quod a communicatione separatio, excommunicatus enim dicitur, qui est extra communionem...

ARTICULUS PRIMUS. Quid, & quosmodum sit excommunicatio.

Denique quod spectat ad formam absolutionis, conveniunt DD. apud Bonac. loc. cit. punct. 7. ad absolutionem a censuris ex parte abolverent nullam eorum verborum formam esse necessariam...

Denique quod spectat ad formam absolutionis, conveniunt DD. apud Bonac. loc. cit. punct. 7. ad absolutionem a censuris ex parte abolverent nullam eorum verborum formam esse necessariam...

quod incurrit, quantum possit, & tu indige valeat pro omnibus, ideoque si sic absoluitur in jubileo forte commisit invincibiliter peccatum censuram habens annexam, scilicet, excommunicationem...

QUESTIO SECUNDA.

De Excommunicatione.

Primo ut a nomine exordium sumamus, excommunicatio idem significat, quod a communicatione separatio, excommunicatus enim dicitur, qui est extra communionem...

ARTICULUS PRIMUS.

Quid, & quosmodum sit excommunicatio.

Denique quod spectat ad formam absolutionis, conveniunt DD. apud Bonac. loc. cit. punct. 7. ad absolutionem a censuris ex parte abolverent nullam eorum verborum formam esse necessariam...

excommunicatio ostendere potest; sed tantum communibus quæ Ecclesiæ dispositioni subiant, & tria præsertim enumerari solent, ut Toletus advertit l. i. c. 4. Primum est exterior conversatio, quæ in mutuo colloquio, & convictu fidelium consistit. Secundum est Sacramentorum participatio. Tertium orationes, & suffragia Ecclesiæ, quibus suos fideles ad spiritualia Excommunicatio ipsius factis impetratur bona interna spiritualia. Excommunicatio ergo privare communicatione prædicta, sive omnino, sive ex parte, ut sic comprehendamus tam excommunicatio nem majorem, quam minorem, & hoc modo explicata excommunicatio definitio utriusque convenit, tam majori quam minori, ut etiam ex nostris docet Blondus disp. 4. art. 1. licet oppositum doceat Faber disp. 4. c. 1. nu. 12. siquidem quia aliquis separari potest à communione fidelium, seu Ecclesiasticæ, vel in Sacramentis tantum, ut sit per excommunicationem minorem vel à Sacramentis, & simul à consortio, & politica societate fidelium, ut sit per excommunicationem majorem: idem in communi dictum est, quod excommunicatio est exclusio, vel separatio Christiani à communione fidelium, sive Ecclesiastica, sic enim abstractè sumpta comprehendit separationem à communione fidelium in communi, quæ potest esse ab aliqua communione, vel ab omni communione, & sic majorem, & minorem comprehendit.

33. Secundum excommunicatio ex parte boni, quo privat, proprie, & principaliter dividitur in majorem, & minorem, ut habetur in cap. penult. de sent. excomm. in quo utraque excommunicatio definitur dum dicitur, quod excommunicatio minor separatur à perceptione Sacramentorum, & major à communione fidelium, id est ab omni, quia hæc locutio quamvis indefinita, cum doctrinalis sit, æquivalere universali; & idem excommunicatio major, quæ simpliciter est excommunicatio, ut ait Scotus loc. cit. definitur, quod est, quæ à fidelium, & Ecclesiasticæ communione totaliter separatur, & dicitur totaliter, quia non solum excludit à communione Sacramentorum, tam activè, quam passivè, sed etiam à communione civili, & politica, quæ in confabulatione, mutua salutatione, communione mensæ, & hujusmodi consistit; atque hæc censura id est, quod anathema, quod vocabulo significatur aliquem, tamquam separatam ab omni aliorum communione expositum esse abominationi, & detestationi hominum; ac in jure ferè semper excommunicatio nomine intelligitur, & merito, quia excommunicatio major est simpliciter, & absolute excommunicatio, quia est totum includens, non solum privationem susceptionis Sacramentorum, in qua excommunicatio minor consistit, sed etiam privationem aliorum; & per hanc majorem excommunicatio est duplex, scilicet, toleratus, quem fideles vitare non tenentur, & non toleratus, quem tenentur vitare; & quidem post Concilium Constantiense non tolerati sunt hi duo tantum, primo notorius Clerici percursor, deinde quis nominatim excommunicatus, unde non tenentur vitare eum, quem scis contra legem peccasse, per quem illi etiam in particulari sub pœna excommunicationis aliquid est vetitum, vel præceptum, requiritur enim, ut per sententiam speciale, & expressam contra personam in particulari post peccatum commissum censura sit publicata; & sicut excommunicatio non fuit à Christo Domino instituta, & ordinata, sed tantum ab Ecclesiâ, ut universali ter de omni censura dictum est q. præc. a. 1. n. 5. ita dicendum est dictam communicationem etiam in divinis esse prohibitam jure tantum humano Ecclesiastico, quia excommunicatio major instituta tantum est ab Ecclesiâ, & non à Christo, quamvis fundata in illis Christi verbis Matt. 18. Si tibi frater tuus, & publicanus. Excommunicatio verò minor, quæ est excommunicatio secundum quid est, quæ à fidelium, & Ecclesiastica communione secundum quid, sive partialiter privat, quia licet à communione fidelium excludat, quæ consistit in perceptione, & participatione Sacramentorum, & hoc passivè tantum; non tamen excludit à politica, & civili communione, ut habetur in c. cit. penult. de sent. excomm. & communiter omnes DD. docent, tam Theologi, quam Canonistæ, qui proinde etiam unanimiter docent causam excommunicationis majoris esse oportere peccatum mortale, & cum contumacia annexam; causam verò excommunicationis minoris posse esse etiam veniale, cum enim incurrat ob unam tantum causam, si quis nimirum cum excommunicato majori excommunicatio communicet iis casibus, quibus non licet, hoc esse potest peccatum veniale tantum, ut cum incurritur propter communicationem cum eo in rebus levioribus, ut in mensa, salutatione, &c. & potest etiam esse mortale, ut cum incurritur propter communicationem in rebus gravioribus, & tandem ubi excommunicationis majoris plures sunt effectus, & graves, ut infra videbimus, excommunicationis minoris unicus tantum est effectus, scilicet, privatio perceptionis Sacramentorum, & passivè electionis ad beneficium.

33. Tertio ex assignato discrimine inter utramque excommunicationem colligitur definitio minoris esse, quod est Censura Ecclesiastica privans hominem participatione Sacramentorum, sic enim definitur in cit. cap. penult. de sent. excomm. & a S. Bonav. dist. 18. ar. 4. quest. 5. & a Socio loc. cit. & ab aliis Theologis, & Summistis; & ex hac definitione colligitur proprius, & adequatus hujus excommunicationis effectus, ut exprivare hominem usum, & participatione Sacramentorum, qui expressè habetur ex c. cit. & ex c. A nobis, de except. & licet hic effectus excommunicationis quoque majori conveniat, qui est communicatio minor comparatur per modum partis, cui excommunicatio minor comparatur per modum partis, dicitur tamen proprius, & adequatus excommunicatio minoris effectus, quia præcisè hoc solum operatur in homine tali censura ligato; ex quo sequitur omnes alios actus Ecclesiasticæ communicationis, tam sacros, quam civiles, sed huiusmodi licitos esse homini minori excommunicatione ligato, ut expressè habetur in cit. cap. A nobis de exceptionibus ubi ponitur particula exclusivâ, dum dicitur. *Tantum à Sacramentorum participatione est remissus*, ergo reliqua sunt liberi licita; quare huiusmodi excommunicatus, & Missam audire, & alia divina, quæ Sacramenta non sunt, participare potest, neque privat communicatione civili, sive publica, sive privata, neque jurisdictione, neque Ecclesiasticis suffragiis, ut communiter Theologi docent 4. dist. 19. & 19. nec etiam administratione activa Sacramentorum, unde cætera Sacramenta ministrando, vel non peccat, ut aliqui putant, vel si peccat, tantum venialiter peccat, nisi faciat in contemptum Ecclesiæ. Quam sententiam probabiliter ex illis Faber, & Blondus ex nostris loc. citat. propter verba Pontificis in c. ult. de Cleric. excomm. ministr. ubi dicit, quod si ligatus excommunicatione minori celebrat, peccat graviter, sed dum loquitur de collatione activa Sacramentorum, inquit tantum peccat, & non apponit particulam graviter, ergo saltem venialiter peccat, quam sententiam tenet Ledesma, Covar. & alii, & ex professo tunc Faber loco cit. contra Suarez, & alios.

36. Quarto propterea quamvis excommunicatus minori excommunicatio peccet mortaliter recipiendo Sacramenta, ut habetur in cap. cit. ubi dicitur graviter peccare, qui celebrat in minori excommunicatione, adhuc tamen valide ea suscipit, quia Ecclesiâ non irritat Sacramentum, si alia debita materia, & forma cum debita intentione à legitimo Ministro applicetur, ut notat Blondus loc. cit. hoc tamen intelligi debet, ut Caspensis advertit cum aliis dispen. 7. et. sect. 5. excepto Pœnitentiæ Sacramento, quod non est validum, quando in eo mortaliter peccat ex parte recipientis, quia ejus materia est etiam dispositio ad gratiam; & rursus licet hic excommunicatus in receptione Sacramentorum mortaliter peccet, nisi ignorantia vel alia causa excuset, non tamen irregularitatem incurrit, quia non habetur hæc pœna in jure, unde licet celebrans scienter in minori excommunicatione graviter peccet, nullus tamen irregularitatis notam incurrit, ut notat Faber, & Blondus loc. cit. & expressè docet Scotus 4. dist. 15. q. 2. & d. 25. q. 1. & ratio est, quia talis irregularitas non est contra se celebrantem in jure expressè. Item quamvis sic excommunicatus c. cit. de sent. excomm. prohibetur eligi ad gradus, dignitates, & beneficia Ecclesiastica, adhuc tamen talis electio facta est, valida, non irrita, sive fiat scienter, sive ignoranter ab electoribus, vel recipientibus scienter ab ejusmodi excommunicatis, sed licet sit valida, potest tamen, & debet per sententiam irritari, nam Pontifex in illo c. non dicit electionem illam ipso jure esse irritam, sed esse irritandam, quam opinionem tenet etiam Faber, & Blondus loc. cit. cum Ricardo 4. dist. 18. art. 7. quest. 4. Quod si aliquando in jure significatur talem electionem esse irritam, intelligendum est post sententiam, & esse irritam declarandam, ut contra Covar. Roviam, & alios docet Valquez Suarez, Avila, Coninch. Hurtadus, & alii; & hoc intelligendum est de electione ad gradus, dignitates, & beneficia Ecclesiastica, ut dictum est, quia loquendo de electione ad dignitates laicam, non solum talis electio est valida, sed neque irritanda. Denique ab hac excommunicatione lata à jure abolvere potest Parochus, & quilibet Sacerdos habens potestatem absolvendi à mortalibus cum non sit reservata. Ità S. Bonav. 4. dist. 18. art. 2. q. 6. Ricardus, Gabriel, Mayr. ibidem, & alii. Est tamen difficultas, an simplex Sacerdos non approbatus ab Ordinario possit ab ea abolvere. Negant plures, affirmant alii, quando sic excommunicatus non habet peccatum mortale, quia quicumque Sacerdos etiam non approbatus, vel jure divino, vel saltem ex permissione Ecclesiæ habet potestatem absolvendi à venialibus, & consequenter ab hac excommunicatione; quando conjuncta non est cum mortali. Ità Tabiena, Armilla, Navarrus, Toletus, Hurtadus, & alii apud Caspensem loc. cit.

37. Quinto ulterius præter divisionem essentiali excommuni-

communicationis jam assignatam dantur etiam alie divisiones accidentales, nam ex consideratione causæ efficientis, sive ejus, à quo fertur, dividitur in excommunicationem à jure, & ab homine juxta dicta quæ præced. de Censur. in communi art. 1. n. 8. quæ duo membra non differunt, eo quia excommunicatio, quæ est à jure non fit quoque ab homine, si quidem omnis excommunicatio est ab homine potestatem jurisdictionis habentibus; sed quia excommunicatio à jure ea dicitur, quæ fertur per Canonem, seu Constitutionem, vel statutum perpetuum obligans sub hac pœna transgressores illius, & tales sunt leges omnes in corpore juris insertæ, vel in extravagantibus Pontificum in quibus ob bonum commune, & publicum statuitur, ut aliqui fiat vel non fiat sub huiusmodi pœna, ut est illa, si quis suadente diabolo Clericum percussit sit excommunicatus. Excommunicatio verò ab homine dicitur illa, quæ fertur à legitimo Jure, servatis iuribus solemnibus in aliqua actione, vel negotio singulari ubi hoc quod ita statuitur, vel statum permanens, sed solum, ut talis actio particularis fiat, vel non fiat ab aliquo, vel aliquibus sub pœna excommunicationis, quod præceptum particulari solum pro ea actione durat, & ea transacta cessat, ut cum Jurex alicui præcipit sub pœna excommunicationis, ut coram ipso intra tantum temporis spatium comparere debeat ad respondendum in jure, & sic de aliis. Unde ut sequitur ex dictis loc. cit. de Censur. in communi, in hoc præcipue differt excommunicatio à jure ab ea quæ est ab homine, quod illa perpetuè durat etiam mortuo, vel remoto ab officio, qui illam tulit, ut habetur in cap. finali, ut docent ibidem Glossa, Panormitanus, & alii Canonistæ communiter, nec tolli potest, nisi à solo Pontifice, qui solus est juris conditor, & supra jus. Excommunicatio verò ab homine cessat, seu spirat statim, ac moritur, vel ab officio removetur, qui eam tulit. Ità Navarrus, Paludanus, Sarrus, Toletus, & ex nostris Altesanus lib. 7. tit. 1. Faber disp. 4. cit. cap. 1. Blondus disp. 2. art. 2. & alii communiter deinde excommunicatio ex parte ejus, vel eorum, cui vel quibus infligitur, dividitur in generalem, & specialem, ut habet ut cap. A nobis de sent. excomm. generalis ea est, quæ generali edicto excommunicatur omnes, qui hoc, vel illud fecerint, unde non fertur in aliquem, vel aliquas personas determinatas, sed generatim in eos omnes, qui hoc, aut illud fecerint, vel non fecerint, specialis verò, seu particularis est illa, quæ determinatè fertur in aliquem, vel in aliquos tantum, quod dupliciter fieri potest, vel nominatim ipsas personas exprimitur, aut quando excommunicatio aliquid particularis factum respicit, quod non ad omnes, sed ad certum, vel ad certos aliquos pertinet, quod patet, excommunicationem specialem seu particularem, non nisi ab homine ferri solere, jus enim ipsius circa determinationem tantam, & particularis casus non constituit, sed circa universales. Ità Glossa c. Relatum de jure patronat. & c. Dolentes de celebrat. Miss. & de Sin. cap. 33.

38. Sexto ex parte modi, quæ excommunicatio fertur bene, vel male dividitur in justam, & injustam, justa dicitur, quæ fertur ab eo qui legitimam habet auctoritatem, justam ob causam, pravis tribus conditionibus, & servato juris ordine, ut constat ex dictis loc. cit. de Cens. in com. & docet S. Bonav. 4. dist. 18. p. 2. q. 6. Illi autem omnes, & soli sententiam excommunicationis ferre possunt, qui legitimam jurisdictionem habent in foro externo Ecclesiastico ordinariam, vel delegatam, etiam si sint inferiores Episcopo, & necesse est, ut talis jurisdictione non sit impedita per aliquam censuram Ecclesiasticam, sicut esset in excommunicato notorio, & ab Ecclesiâ non tolerato, ut dictum est q. præc. art. 2. num. 10. & seq. Causa verò legitima, & justa ferendi excommunicationem per se legitimum est peccatum mortale, & contumacia adjunctum, ut dictum est quæ præced. art. 3. num. 23. & seq. & non sufficit quodcumque peccatum mortale, sed ut inquit Scot. 4. d. 19. de Quisito debet esse peccatum enorme, & publicum, unde merito Doctor ibid. quosdam Prelatos reprehendit, quos fatuos vocat, qui faciles sunt ad excommunicationem, & frequentem usum excommunicationis valè detestatur, quia excommunicatio, inquit, est gladius Ecclesiæ, quæ tamen ab Apostolis raro invenitur extractus, in omnibus enim Episcopis Pauli non invenitur, quod excommunicatio requiritur debita forma in ea ferenda, quæ factis explicata manet ex superioribus dictis quæ præc. art. 2. nu. 14. & seq. quæ injuncta excommunicatio dicitur illa, cui deficit aliqua conditionibus prædictis. Est ex his patet alia divisio excommunicationis, scilicet in validam, & invalidam, seu nullam, quæ quidem est subdivisio excommunicationis injunctæ, nam justa excommunicatio est legitima, & invalida, quæ fertur à Jure legitimum auctoritatem habente, ob causam sufficientem, & alia quæ nonione præcedente, licet alia quædam conditiones ac-

cidentales desint pertinentes potius à solemnitate juris, quam ad substantiam; excommunicatio verò injusta, & invalida dicitur illa in qua desit una ex his tribus conditionibus essentialibus, & ad substantiam juris pertinentibus, nimirum, quæ fertur à Jure legitimum auctoritatem non habente, vel abque sufficienti causa, aut nulla pro sua monitione præmissa, ut dictum est de validitate, vel invaliditate Censuræ in communi quæ præc. art. 1. in fin. An verò aliquando excommunicatio obliget in conscientia, licet sit nulla, videatur Faber disp. 4. cit. cap. 3.

39. Denique quando excommunicatio infligitur, sive à jure, sive ab homine nulla facta mentione majoris, vel minoris, sed simpliciter, & absolute DD. communiter docent intelligi debere de excommunicatione majori, & non minori, ita enim in jure declaratum est in c. penult. de sent. excomm. Et ratio est, quæ Doctor noster assignat l. c. quia excommunicatio major tantum est simpliciter, & absolute excommunicatio, minor verò tantum secundum quid, idem vox illa excommunicationis simpliciter, & absolute prolata præsertim in sententia ferenda, vel à jure, vel ab homine, majorem excommunicationem indicat, verba enim absolute prolata sumuntur in significatione sua simpliciter l. non aliter, ff. de leg. 3. Nec obstat regula juris in 6. quod in pœnis benignior pars, & interpretatio est iuxta munda; cum enim ex jure constat, quod vox hæc excomm. absolute prolata fiat pro majori regula ille non habet locum, licet excommunicatio sit pœna, quia in omni dispositione etiam pœnali verba secundum jus sunt intelligenda.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quam sint effectus excommunicationis majoris, ubi de primo & secundo ejus effectu specialiter discurritur.

40. V. Arii sunt effectus excommunicationis majoris, quidam enim sunt proximi, & immediati, de quibus hic est sermo, alii verò remoti, & mediati, qui præsertim sunt duo, primus est irregularitas, quam incurrit Clericus excommunicatus exercendo actum alicujus ordinis, ut suo loco infra dicemus, alter est, quod si quis per annum in excommunicatione inforscat, sit suspectus de hæresi, & contra eum, ut talem, procedi potest ex Trid. sess. 25. cap. 3. & est sententia communis Canonistarum cum Glossa in cap. Conscriptis, de dolo, & contumacia; & ulterius si excommunicatus toto anno in excommunicatione contumaciter persistens sit persona Ecclesiastica, & habeat beneficium, debet illo privari, ut etiam Canonistæ docent cap. Cum bonis, de etate, & qualitate, & cap. Rursus 1. q. 3. effectus verò proximi, & immediati, quos hic inquirimus sunt plures, qui non eodem modo assignantur à Doctoribus, cum enim excommunicatio major sit censura à communione fidelium, & Ecclesiastica totaliter separans, ut dictum est artic. præced. omnes conveniunt effectum excommunicationis precipuum, & immediatum esse privare excommunicatum communicatione fidelium. Verum, quia communio fidelium pluribus contingit modis, hinc multi particulares effectus insurgunt, qui in illa separatione à communione fidelium continentur, & modo sunt explicandi, & idem vario modo à DD. assignantur, licet omnes in substantia conveniant, nos autem communiter & faciliorem modum eorum explicandi assignabimus.

45. Primus itaque effectus excommunicationis majoris est privare excommunicatum saltem non toleratum communibus Ecclesiæ suffragiis, quorum nomine intelliguntur Sacramentum Missæ, orationes, & alia pia fidelium opera, quibus se invicem juvant juxta articulum Symboli. *Sacramentum Communione*, unde ex hoc dicuntur suffragia Ecclesiæ, quia à membris Ecclesiæ sunt, & hæc sunt duplici differentia, quædam communia, quæ auctoritate publica sunt, ut sacrificium Missæ, quod nomine totius Ecclesiæ offertur, & orationes ordinatæ, vel actiones communes ab Ecclesiâ institutæ, quæ ab ejus Ministris, ut sit sunt, & indulgentiæ à Summo Pontifice concessæ, & ab aliis Prelatis inferioribus facultatem habentibus eas concedendi; quædam verò sunt suffragia privata, vel particularia, quæ, scilicet, sunt non auctoritate publica, sed privata, ut jejunia, & orationes privatæ, conveniunt ergo DD. excommunicationem majorem privare saltem non toleratos communibus Ecclesiæ suffragiis; & ratio à priori hujus est ordinatio, & institutio Ecclesiæ quæ ita instituit, ut constat ex ipsius usu, & ex variis juris deducitur præsertim verò ex cap. A nobis 18. & ex cap. Sarrus 38. de sent. excomm. & hujusmodi præceptum; ne sunt hæc suffragia pro tali excommunicato obligat sub mortali, ut docet D. Thom. quol. 11. ar. 9. & DD. communiter, quia materia ex se est gravis; quod non congruè facit Ecclesiâ, quamvis pia mater, & in bonum ipsius excommunicati, ut vexato det ei intellectum, &

T. reit.

respicat, & in bonum commune aliorum, ut terrore contineantur, quare dicitur pena medicinalis, quia non fertur per modum vindictae, sed correctionis, & respicientis, Dices, licet orare pro infidelibus, ut convertantur, & Ecclesia ordinat Missas offerri pro reductione haereticorum, & schismaticorum, qui sunt excommunicati. Respond. orationes publicae pro infidelibus, & haereticis fieri posse tantum indirecte, non autem directe, etenim directe, & per se pro Ecclesia fiunt si pro eius dilatione, vel augmento, & unione, & indirecte tantum pro illis quatenus tales orationes publicae redundant in bonum infidelium, & haereticorum, quorum conversio Ecclesia augetur, non ergo licitum est Missas directe offerre pro reductione haereticorum, & schismaticorum, neque pro conversione infidelium, sed tantum pro dilatazione, & ampliatione Ecclesiae, quamvis dilatanda sit eorum reductione, & conversio, quia tunc directe tantum pro Ecclesia offeruntur, etiam si directe redundent quoque in bonum illorum, ut Hurtadus advertit disp. 3. diff. 2. & Faber ex nostris disp. 4. cit. cap. 4. Dices Ecclesia feria sexta Parasceves etiam directe, & per se orat pro haereticis, & schismaticis. Respondet cum eisdem Auctoribus Ecclesiam voluisse ab illa prohibitione generali illum diem excipere, quia eo die speciali modo representatur passio & mors Christi Domini, quae pro omnibus sufficientissima fuit, & ideo Ecclesia orare voluit, ut pro omnibus hominibus etiam infidelibus, & haereticis effectus fiat, & hoc ex pietate sua, ut etiam ostendat desiderium salutis animarum illorum, quae etiam extra ipsam sunt, quod licite facere potest, quia hoc preceptum, ut pro exterioribus talis suffragii communibus privetur, est positivum Ecclesiae preceptum, & ideo potest in illo dispensare, ut pro eis oratur etiam per se, & directe feria sexta Parasceves ob memoriam Domine Passionis, non tamen alibi temporibus id permittit, unde si extra eum diem Parasceves qui eas orationes diceret, peccaret mortaliter, Ita Faber loc. citat.

42 Verum quia, ut supra dictum est, excommunicati alii sunt tolerati, cum quibus licite possunt, & in humanis, & in divinis communicare fideles, & alii non tolerati, cum quibus, scilicet fideles licite communicare non possunt, nec in divinis nec in humanis, quales sunt post Concilium Constantiense notorius Clerici percussor, & quivis nominatus excommunicatus, & specialiter, ac publice denunciatus; quamvis DD. conveniant praedictam suffragiorum communium privationem intelligi de non toleratis, & publice excommunicatis, difficultas tamen est, an intelligatur etiam respectu excommunicatorum toleratorum, seu de occultis excommunicatis, vel licet publicis, non tamen in particulari nominatis ut sunt haeretici omnes, qui sunt excommunicati, non tamen sub proscriptis, vel a quibus valentibus eorum nominibus sunt denunciati, vel nominati, & ob id dicitur excommunicati occultis in comparatione non toleratorum, licet sciat eos esse excommunicatos. Prima opinio negat praedictam suffragiorum communium privationem respectu excommunicatorum toleratorum, & asserit licite aliquid excommunicato nomine Ecclesiae orare, vel sacrificium offerre, si non fuerit denunciatus nominatum, vel notorius Clerici percussor. Ratio est quia sicut talis excommunicatus vitare non tenetur, ita neque pro illa orare prohibetur, & sacrificium offerre etiam nomine Ecclesiae. Ita Navarrus, Henricus, Coninchius, Sayrus, Hurtadus, Ugolinius, & alii. Secunda opinio communior, & probabilior asserit praedictam suffragiorum communium privationem etiam ad excommunicatos toleratos extendi, & asserit non licere sine mortali suffragia facere pro talibus excommunicatis nomine Ecclesiae. Ratio est, quia ante extravagantem Concilii Constant. Ad vitanda non poterat hoc licite fieri, ergo neque modo, cum illa Constitutio solum sit debita in bonum aliorum fidelium, & noluerit tales excommunicatos relevare in aliquo directe, ut constat ex illis verbis: *Der hoc autem non intendimus ipsos excommunicatos, suspensos, vel interdictos in aliquo relaxare, nisi eis quomodolibet suffragiis si autem licet pro eis sacrificium offerre, vel has publicas orationes facere, valide illa Constitutio excommunicatis fuerit ergo haec est Ecclesiae intentio, ut huiusmodi excommunicati non respiciantur, & in excommunicatione manentes hic communibus suffragiis non gaudeant.* Confirmatur quia per excommunicationem Ecclesia excommunicatum privat omnibus Ecclesiae, suffragiis, & hic est positivum nolle in aliquo excommunicato relevare, illos non facit per talem Constitutionem participes suffragiorum Ecclesiae, acque ideo nec Sacerdos pro eis orare poterit nomine Ecclesiae, etiam si sint tolerati. Nec obstat, quod ex vi illius Constitutionis non cogitur ad vitandum talem excommunicatum, quia hoc est in bonum aliorum fidelium; sed quod non possumus pro eo

orare est in medicinam, & bonam excommunicationem, ut scilicet, ipse respiciat, & contumacia ejus frangatur. Ita Suarez, Valquez, Avila, Caspensis, & Blondus ex nostris disp. quarta citat articulo, & alii plures, ac etiam Faber loc. cit.

43 Rursus est alia difficultas, An suffragia communia possint offerri pro excommunicatis contritis, poenitentibus nondum ab excommunicatione absolutis. Prima opinio negat, cujus ratio est, quia cum excommunicatio non tollatur, nisi per absolutionem, ita neque ejus effectus, qui est exclusio a suffragiis communibus, unde sicut potest quis esse in gratia, & manere adhuc in excommunicatione, ita similiter cum effectibus excommunicationis. Confirmatur ex capitulo *de nobis* 18. & ex cap. *saeris* 38. de sent. excom. ubi dicitur pro huiusmodi excommunicatis jam defunctis etiam si praecesserint signa manifeste poenitentiae, non esse oblationes recipiendas, nec orationes faciendas nisi impensa absolutione; ergo multo minus pro illis vivis. Tandem, quia hoc etiam congruit ad reverentiam, & timorem majoris censurae, ut illam homines magis timeant, & in hujus veneratione habeant. Ita Soto, Suarez, Coninch, Hurtadus, Caspensis, & alii. Secunda opinio, quae probabilior, & magis pia videtur, asserit excommunicatum poenitentem non esse his suffragiis privatum, & consequenter inferri posse ea pro illis offerri, licet non publice. Ratio est, quia credi non potest Ecclesiam, quae est pia mater, vel a dictis suffragiis, illum excludere, quia iam non est contumax, sed sibi per charitatem conjunctus. Confirmatur, quia excommunicatio iuste lata in foro exteriori, fed in iudicio in foro interiori ob causam praesumptam, & non veram non valet, unde innocens excommunicatum, non ob id suffragiis Ecclesiae privatur, ut tenet communiter DD. ex cap. *Adm. mater*, cum illa sententia coram Deo non liget, quia excommunicatio supponit grave crimen cum contumacia, seu rebellionem, licet coram Ecclesia in foro exteriori pro excommunicato habeatur; ergo etiam in proposito cum causa praesumptam in foro exteriori, fed reuera non adit, sequitur, quod solum effectum non habeat quoad forum interius. Denique cessante causa cessat effectus eius; ad excommunicatio, quae cessante causa cessat, & inobediens Ecclesiae ordinata, & contra contumacem, & inobediens Ecclesiae ordinata, & contra contumacem, tollitur quoque excommunicatio in foro interiori, & apud Deum, & ad praesentiam statum restituitur, & sic gaudet suffragiis, & aliis bonis, quibus per excommunicationem privabatur. Ita Ricardus, D. Antoninus, Navarrus, Covarrubias, Azorius, Faber ex nostris l. c. & plures alii. Nec rationes in oppositum urgent, unde ad primum dicendum est, quod licet excommunicatio in foro exteriori non tollatur, nisi per absolutionem, in foro tamen interiori tollitur etiam per contritionem, & poenitentiam, & sic cessat ejus effectus; non tamen ob id ab absolutione in foro exteriori liberatur, quia si contritio de peccatis includit confessionem in voto, unde contritus confiteri tenetur, quamvis peccatum quoad culpam sit dimissum; ita excommunicatus poenitens, & contritus tenetur ad peccatum absolutionem in foro Ecclesiae. Ad Confirmationem dicendum cum Fabro ex illis cap. potius oppositum deduci, nam ibi Papa statuit aliquem esse posse absolutum in foro interiori, & apud Deum, & tamen esse ligatum apud Ecclesiam, quae non iudicat de occultis, ex hoc enim innuere videtur, quod licet in tali casu orationibus communibus fidelium non privetur, quia tamen Ecclesia id ignorat, non debet prius orare pro illo, quam absolvat, quia rectus ordo iudicii Ecclesiastici hoc postulat, ideo supra diximus, quod licet pro illo possint suffragia communia offerri, non tamen publice applicari. Ad ultimum negatur congruum esse, ut ablata culpa, & causa excommunicationis, adhuc ipsa liget, imo hoc est valde incongruum, & irrationabile, neque hoc est faciendum, ut ipsa magis timeatur, quia timor debet esse rationalis, ut ait Faber loc. citat.

44 Denique est difficultas, an excommunicati adhuc in contumacia manentes priventur orationibus, & suffragiis privatis, jam enim supra diximus orationes huiusmodi, & suffragia duobus modis fidelibus fieri posse, interdu scilicet, privatim, ut singulae personae sunt; interdum publice, ut scilicet, sunt ministri Ecclesiae, & auctoritate publica, vel ex thesauro Ecclesiae, ut per indulgentias, & quidem conveniunt Doctores omnes, pro excommunicatis omnibus etiam non toleratis, & in contumacia manentibus posse fieri orationes privatas, & pia opera, & ratio est, quia Ecclesia de facto hoc non prohibet, ac proinde potest licite, & fructuose pro illis privatim orari, & alia suffragia privata offerri; imo addunt etiam in Missa in *Memento*, quando mentaliter, & occulte Sacerdos orat, posse hoc facere nomine proprio; licet enim *Memento* sit pars publici officii, nihilominus in eo non prohibetur privatim etiam

etiam orare, pro quibus voluerit Sacerdos, unde non tantum quisque privatus, sed etiam Sacerdos potest, tamquam persona privata pro excommunicatis orare etiam in publicis precibus, & sacro, imo ad actionem faciendam, prout pendet a merito privato operantis offerre, vel ejus in *Memento* in particulari meminisse, imo addit Blondus nosser disp. 4. c. 2. 3. non solum Sacerdotem posse, ut privata persona, licet in Missa *Memento* pro excommunicato orare, verum etiam fructum Missae, qui sibi correspondet, ut privata persona, sive secundum meritum Personae applicare excommunicato applicatione speciali cum *Scoto* *quod l. c. de primis*, dum modo id secrete, & occulte fiat. Verum quamvis haec sit communissima, & vera omnium sententia, adhuc tamen probabile censet Faber loc. cit. excommunicatum esse etiam privatum fructum suffragiorum, & orationum particularium, ratio est, quia in sacris Canonibus habemus excommunicationem factam extra Ecclesiam, & esse privatum communionem fidelium: at in communione fidelium, quae explicatur in symbolo, includuntur nedum bona, orationes, suffragia communia Ecclesiae, quae scilicet, a Ministris publicis Ecclesiae fiunt in sacrificiis, & sacris orationibus, sed omnes orationes, & opera pia, quae sunt ab unoquoque fidelium privatim, ut sunt jejunia, macerationes, peregrinationes, & similia. Caeterum a communione recedendum non est, quia Ecclesia de facto hoc non prohibet, ut praxis, & consuetudo Ecclesiae ostendit, & hoc valde consentaneum est Ecclesiasticae pietati, nec verisimile est Ecclesiam, quae est pia Mater, velle excommunicatos privare suffragiis quoque, & orationibus privatis, & quando eos excludit a communione fidelium, excludit ab ea ut includit bona, orationes, & suffragia communia Ecclesiae non autem particularia, & privata, ut Doctores communiter exponunt, & quamvis Ecclesia id non explicet, in parte favorabilior est interpretanda iuxta regulam iuris, & id etiam docet ex nostris Athesanus lib. 7. tit. 9. cum aliis antiquioribus ab ipso relatis.

45 Secunda difficultas maioris effectus est private communicationis a communione Sacramentorum tam activa, quam passiva, unde communiter Doctores docent, non solum excommunicatum denunciatum, ut notorium Clerici percussorem, verum etiam occultum, & toleratum administrando, vel suscipiendo Sacramenta mortaliter peccare, ita enim colligitur ex cap. *Comm. lictis*, & ex cap. *Si quom de sent. excom.* & ex cap. *celebrans* de Clerico excommunicato ministrante, & ex cap. *Angelicus* 3. qu. 4. ubi dicitur excommunicatum esse privatum, communionem fidelium, seu Ecclesiasticam, quae quidem communicatio in participatione Sacramentorum principaliter consistit, tam activa, quam passiva, id est illorum administratione, & susceptione; ergo dum excommunicatus Sacramenta administrat, vel suscipit, mortaliter peccat, quia facit contra Ecclesiae preceptum ejusque expressam prohibitionem, & hoc etiam communiter docent Theol. 4. d. 18. & Scotus d. 13. q. 2. G. & d. 25. q. 1. d. ubi etiam id probat, quia si celebrans in minori excommunicatione graviter peccat ex cap. *Licet de sent. excom.* ut supra dictum est, multo magis excommunicatus excommunicatione majori, imo adhuc excommunicatum, etiam si per poenitentiam in gratiam Dei redierit, adhuc licite non possit Sacramenta administrare, vel suscipere, nisi prius fuerit absolutus. & ratio est, quia per excommunicationem participatione Sacramentorum est privatus; ergo semper coram Ecclesia est privatus, donec ab excommunicatione non fuerit absolutus, & ita praesertim docet Ricard. 4. d. 18. 2. q. 4. Hoc autem diximus intelligendum esse de excommunicato non solum denunciato, sed etiam occulto, & tolerato, & quia excommunicatus quicumque absque ulla exceptione secutum jus antiquum Sacramentorum participatione privatus erit, ut patet ex iuribus citatis; ergo etiam secundum jus novum, quia ut supra dictum est, extravagans Concilii Constant. nullo modo excommunicatis favore intendit, ad valde favore, si sine peccato Sacramenta administrat, vel recipere possent, ut Cajetanus advertit in summa, verbo *Abolatio* cum pluribus aliis. Haec autem omnia intelligenda sunt, ut communiter Doctores advertunt, & Scotus etiam l. c. ex cap. *Apostolica* de Clerico excommunicato ministrante, nisi ignorantia invincibilis, metus mortis, infamia, iactura bonorum, & similia damna excuset, quia censura Ecclesiastica cum tanto rigore non obligat, unde si quis excommunicatus ignorans invincibiliter se esse excommunicatum ignorans iuris, vel facti administraret Sacramenta, vel reciperet, non peccaret mortaliter, quia, ut constat ex disp. de Actibus humanis peccatum esse nisi voluntarium, talis autem ignorantia facit ad omni involuntarium, ut sit talis ignorantia facta ad omni involuntarium, ut tamen notus, urgente gravi necessitate Sacramenta administraret, vel susciperet, vel ad evitandam mortem, vel infamiam, vel scandalum, vel

gravem iacturam, non peccaret mortaliter, quia lex Ecclesiastica, qualis est de evitando excommunicato in Sacramentorum participatione cum tanto rigore non obligat, ut cum periculo mortis, infamiae, iactura bonorum, & similibus. Ita Navar. Soto, Sayrus, Layman, Armilla, Emmanuel Sa, Suarez, Faber, & Blondus ex nostris l. c. & alii DD. passim. Conveniunt tandem Doctores, ut Hurtadus advertit dif. 4. diff. 2. excommunicatum posse etiam licite administrare Sacramenta in casu necessitatis proximi, quia id satis significat Trid. sess. 14. ca. 7. dum inquit *ex parte Ecclesiae omnes Sacerdotes pro se pro articulo mortis absolvere quoslibet poenitentes*, sub qua particula omnes etiam sacerdos excommunicatus comprehenditur, nam in eo articulo ex voluntate Ecclesiae suspenditur excommunicatio quoad privationem jurisdictionis, & quoad prohibitionem absolventi, & hoc intelligendum est, quando non est alius minister, quid facere possit, sed occurrunt aliquae difficultates breviter dissolvenda. Ita etiam Faber l. c. cap. 5.

46 Prima difficultas est, an excommunicatus usu, & participatione Sacramentorum fiat irregularis, vel aliam censuram incurrat. Respondetur cum communi Doctorem distinguendo de participatione activa, vel passiva, nam loquendo de passiva excommunicatus per susceptionem passivam Sacramentorum praeter peccatum mortale nullam aliam poenam, vel censuram incurrit, nisi suscipiendo Sacramentum Ordinis, & ratio est, quia nullus aliquam censuram incurrit, vel poenam Canoniam, nisi a latere Canonum sit inflicta, ut docet Scotus 4. d. 6. q. 8. & d. 7. q. 4. & d. 13. q. 2. non reperitur aliquid jus, in quo Pontifex aliquam poenam infligit excommunicato Sacramenta suscipienti, nisi sit Sacramentum Ordinis; ita enim tradit Innocentius c. 1. de sent. excom. in 6. unde excommunicatus suscipiendo ordinem sacrum manet eo ipso suspensus ab executione Ordinis, & si in eo ministrat, sit irregularis, haec enim poena in iure solum in susceptione Ordinis facta est impossibilis, ut patet c. 1. & 2. de Schismaticis. Ita Doctores communiter, & ita sentit Scotus 4. d. 25. q. 1. & Blondus, ac Faber cum ipso, quia jus Canonium sic determinat. Loquendo autem de usu, & participatione activa Sacramentorum in certum est, contra apud omnes excommunicatum Sacramenta administrantem fieri irregularem, ut patet ex c. *licet*, & c. *ult.* de Clerico excommunicato ministrante, & c. *Si quis* 11. q. 3. & ex c. *liqui*, & c. *in casu de sent. excom. in 6.* unde quoad irregularitatem incurrandam in usu Sacramentorum non valet paritas de administratione, & receptione Sacramentorum, quia Jura Canonica talem poenam imponunt administranti, non suscipienti, & ratio discriminis est, quia administrare sacramenta major longe dignitas est quam illa recipere. Verum hoc etiam intelligendum est, nisi sacerdos excommunicatus celebrat, vel alios Ordinis actus exerceat ad gravem infamiam evitandam, vel mortis periculum, & aliis casibus supradictis, & ratio, quia haec irregularitas contrahitur ex culpa, quae nulli est in his casibus, ut docet Scotus l. c. 4. diff. 13. quae 2. & diff. 25. qu. 1. ex cap. *Apostolica* de Clerico excommunicato ministrante, unde est regula generalis, quod ad incurrandam irregularitatem ex delicto seu culpa, semper requiritur talis culpa, unde quotiescumque irregularitas contrahitur ex delicto, seu culpa, si quis excusatur a culpa, excusatur etiam ab irregularitate pro tali culpa inflicta, & idem quoque dicendum est, si sacerdos Sacramenta administraret ignorans invincibiliter se esse excommunicatum. Ita Navar., Corduba, Sayrus, Suarez, & alii Doctores ex cap. *Apostolica*, & ex Glossa ibidem.

47 Secunda difficultas est; an Sacramenta suscepta ab excommunicato excommunicatione majori sint valida, supponimus autem hic cum communi Doctorem, & praesertim ex Scoto 4. d. 13. q. 2. §. *Ad quatuor*, & diff. 25. qu. 1. & d. 39. §. *De secundo* non esse idem in iure validum, & licitum; potest enim contingere, quod aliqua actio fiat illicite, quia contra prohibitionem Ecclesiae, & consequenter cum peccato mortali, & tamen sit valida, ut consecratio facta a Sacerdote haeretico, vel Schismatico, si fiat cum debita intentione, & omnibus aliis ad valide consecrandum requisitis, imo supra diximus num. 45. excommunicatum excommunicatione majori etiam occultum, & toleratum administrando, vel suscipiendo Sacramenta mortaliter peccare, idque proinde licite facere; nunc ergo videndum est, an id faciat valide, quamvis illicite, quod prius de susceptione Sacramentorum explicabimus, & postea de administratione, & in primis certum est hanc difficultatem non habere locum in Sacramento Baptismi, quia ante eius susceptionem nullus esse potest excommunicatus, ut supra dictum est, nec etiam in Sacramento Eucharistiae, quia illud supponitur factum ante eius susceptionem, sed tantum in aliis quibus sacramentis locum habet, quae sunt quando suscipiuntur, & administrantur, & quidem de duobus Sacramentis, quae

